

qua sub forma verborum prescripta de substantia enim huius
 sacramenti sunt verbum et elementum id est ablutio in elemēto
 et verba que in eius solennitate pertinent. **S**ecunda conclu-
 sio. Verbum istud sine forma prescripta baptismi est inuocatio
 trinitatis vt scilicet baptismus fiat in nomine patris et filij et
 spiritus sancti et non in nominibus sed in nomine id est in in-
 uocatione vel confessione patris et filij et spiritus sancti vnde
 si diceretur in nominibus non esset ibi sacramentum. **T**ercia
 conclusio. Siquis baptisetur in nomine christi supple bap-
 tismus est. Sicut legitur Actuum x quia in christo trinitas in-
 telligitur scilicet pater a quo vnctus est et ipse qui vnctus et
 spiritus sanctus per quem vnctus est. **Q**uarta conclusio. Ba-
 ptismus sicut Ambrosium potest dari in nomine patris tantum
 vel spiritus sancti tantum vel christi ita tamen si iste qui baptizat
 fidem trinitatis teneat que trinitas in quolibet horum noninum
 intelligitur si autem aliquis peruerse credens et errore introducē-
 tendens de tribus vnum tantum nominans non impleuit mi-
 nisterium. **Q**uinta conclusio. Baptismi institutio dicitur facta
 quando christus a iohanne baptisatus fuerit tunc enim vim
 regeneratiuam aquis contulit tactu sue mundissime carnis
 vt qui post immergeretur in nomine trinitatis a peccatis pur-
 garetur vbi etiam trinitas innotuit. Vnde eadem forma et in-
 uocatione trinitatis ab apostolis ante passionem baptisabant
Sexta conclusio. Hoc sacramentum in aqua tantum celebratur
 vt intelligatur sicut aqua sordes abluunt corporis ita baptismus
 maculas anime. Et quod nullum inopia excusaret quod fieri pos-
 set si in vino vel oleo fieret. Et non communis materia bap-
 tismi inueniret apud homines quod aqua significauit que de
 latere christi manauit. **S**eptima conclusio. Baptisandus est
 immergendus semel vel ter pro vario modo ecclesie et verum
 baptismum accipit. Nec peccat quis se semel immergendo cum
 consuetudo ecclesie non obsistat vlt hoc modo tantum debere
 fieri asserat. **O**ctaua conclusio. Regalia omnia et circumci-
 sio in morte christi terminata sunt. Nec extitit profuit sed potius
 obsuit obseruationibus suis sed vsque ad oblationem vere ho-
 stie potuit tantum circumcisio prodesse. **N**ona conclusio.
 Causa institutionis baptismi est innouatio mentis vt homo
 qui per peccatum vetus erat per baptismi gratiam innouetur
 quod fit depositione viciozum et collatione virtutum et hec
 est res huius sacramenti sicut interior mundicia siue iustifica-
 tio. **D**ecima conclusio. Aditum regni nobis non aperuit
 circumcisio nec baptismus sed hostia saluatoris que si tempe
 circumcisionis oblata fuisset in regnum intransissent homines
 illius temporis.